Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

meus. Quia timor quem timebam evenit michi et quod verebar accidit. Nonne dissimulavi? nonne silui? nonne quievi? et venit super me indignacio. IIII.

Respondens autem Eliphat themanites dixit: Si ceperimus loqui tibi forsitan moleste accipies, sed conceptum sermonem tenere quis poterit? Ecce docuisti plurimos et manus lassas roborasti. Vacillantes confirmaverunt sermones tui et genua trementia confortasti. Nunc autem venit super te plaga et defecisti, tetigit te et conturbatus es. Ubi est timor tuus, fortitudo tua, paciencia tua et perfectio viarum tuarum? Recordare obsecro quis umquam innocens periit, aut quando recti deleti sunt? Quin pocius vidi eos qui operantur iniquitatem et seminant dolores et metunt eos, flante deo perisse et spiritu ire eius esse consumptos. Rugitus leonis et vox leene et dentes catulorum leonum contriti sunt. Tigris periit eo quod non haberet predam et catuli leonis dissipati sunt. Porro ad me dictum est verbum absconditum et quasi furtive suscepit auris mea venas susurri eius. In horrore visionis nocturne quando solet sopor occupare homines, pavor tenuit me et tremor et omnia ossa mea perterrita sunt. Et cum spiritus me presente transiret inhorruerunt pili carnis mee. Stetit quidam cuius non agnoscebam vultum, ymago coram oculis meis, et vocem quasi aure lenis audivi. Numquid homo dei comparatione iustificabitur aut factore suo purior erit vir? Ecce qui serviunt ei non sunt stabiles et in angelis suis reperit pravitatem. Quanto magis hii qui habitant domos luteas qui terrenum habent fundamentum consumentur velud a tinea. De mane usque ad vesperam succidentur, et quia nullus intelligit in eternum peribunt. Qui autem reliqui fuerint auferentur ex eis, morientur et non in sapientia.

Capitulum V.

Voca ergo si est qui tibi respondeat et ad aliquem sanctorum convertere. Vere stultum interficit iracundia et parvulum occidit invidia. Ego vidi stultum firma radice et maledixi pulchritudini eius statim. Longe fient filii eius a salute et conterentur in porta et non erit qui eruat. Cuius messem famelicus comedet et ipsum rapiet